

# **Mythologia, Venise, 1567 - X [92-93] : De Gorgonibus**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[92-93\] : De Gorgonibus](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII**

[Mythologia, Venise, 1567 - VII, 12 : De Gorgonibus](#) a pour résumé ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[92-93\] : Des Gorgones](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[92-93\] : Des Gorgones](#) est une transformation de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## **Présentation du document**

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),  
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s) Grec ancien

Pagination 301v°-302r°

## **Des dieux, des monstres et des humains**

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Gorgones](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024



## Mythologiae

multos latrones & crudelissimos tyrannos obtruncasse, ac labyrinthi fraudes aperuisse. erat enim labyrinthus vita hominum multis difficultibus implicata, cum semper grauiores aliae ex aliis oriuntur, e quibus nemo nisi per singularem prudentiam & fortitudinem & constantiam se explicare poterit. has ipsis difficultates intra se continet ambitio, & avaritia, & libido, & omnia scelerata, in quae si quis semel ingredietur, haud facile exitum inueniet. si quis vero singulari prudentia non existat, is labyrinthum scelerum aut cupiditatum semel ingressus ante ibi emoritur, quam se expedire posset. quoniam turpium enim rerum voluptas sit patens, & quam calamitosarum argumento fuit Terei libido.

### De Medusa.

VT quantopere opus sit constantia aduersus voluptates demonstrarent sapientes, Medusam omnium mulierum pulcherrimam effinxerunt, ob apparentem & ad se alicientem suavitatem. sed omnes ab illa in lapides conuerti dixerunt a quibus visa fuisset, cum vel Mineru templum violasset, quia voluptatis dedit omnem deorum cultum parvifaciunt, omnisque humanitatis & officii iura conculcare pedibus consueverunt, omnibusque honorificis rebus sunt inutiles. alii superbiam & arrogantiam per hanc fabulam deprimentem putabant, quia cum dea certasset Medusa de capillorum pulchritudine, qui enim illis vitiis laborant, & homines & Deos parvifaciunt. sic igitur referendarum libidinem, & temeritatem & arrogantiam esse admonebant, quia horum vitiorum Deus est grauissimus visor. nam non modo capillos Medusa amisit, sed etiam Deorum consilio & opera missus fuit Perseus ad eam occidendam.

### De Gorgonibus.

QVONIAM vero duæ dicuntur esse facultates animæ nostræ, altera rationis particeps, altera sine ratione: quæ rationis est compos, seniores natæ Græci dictæ sunt ab antiquis, prudentia scilicet quæ in rebus difficillimis præcipue, & in rebus publicis est necessaria. at sorores harum sunt Gorgones voluptates dictæ, quæ homines implicant ac perimunt, a quibus Perseus sine græcum auxilio se explicare non potuerit. cum enim ratio & cupiditas ex eodem animo nascantur, cupiditas rationi pareat necesse est, quæ dictus est Perseus fuit prudentia capro Græcum oculo, consilio & auxilio Palladis illas superasse. at Physicæ.

Dicuntur Gorgones esse aquæ maris filie, à fremito dictæ. ad has sol diuinæ mentis minister contendit, idque Mineru consilio, quia omnes actiones naturæ sunt pro diuina sapientia, cum Deus & natura nihil tristitia agat. eis motus celeritatem huius Nympharum volventes calceos tribuerunt, quia per omnia penetraret. cum extenuet vapores ita ut videri non possint, habere dictus est galeam Pluronis, & ensim Mercurii. Medusam mortalem occidit Perseus, quia subtiliorem tantum aquæ partem attrahit, quæ supernaturat, quæque habilitati est ad mutationem. cum vero admirabilis sit sapientia Dei, qui vires has soli attribuit, attonitus propè fit ad reliqua hæc humana negotia, qui cognitione & mente in hæc arcana naturæ opera penetrare valeat.

nam

nam reliqua neque tantilli quidem faciet.

*De Sirenibus.*

C V M nobis vitandam esse desidiam per hanc fabulam, omnemque in rebus gerendis negligentiam antiqui significarent, hanc per Sirenum suavitatem cantilenæ omnes ad se alicere demonstrabant, & in suum capitis discrimen denique inducere. alii voluptates esse intellexerunt, quæ patre taurino Achelao scilicet natre sunt. cum vero partim essent bellus, partim virgines, duplœ animæ facultatem ostendebant rationi parentem scilicet, & rursus appetentem. nam qui paret rationi, homo est; qui non paret, bellus: neque quidquam aliud vetere hominem facit. unusquisque nostrum merito inclusas habet Sirenes, cum animus diversis motibus agiteatur. si quis igitur illegitimos motus securus fuerit, hic in extremas miseras dehinc inducitur: quæ aures ad harum cantus sunt obturandi. quidam adulatores esse Sirenes putarunt, qua peste nulla est neq; humano generi perniciosa, neque suauior.

*De Orphes.*

C E L E B R A T V S fuit Orpheus à poetis non solum quidem ob poeticæ facultatis præstantiam, sed multo magis ob iustitiam & æquitatem, quæ non solum in ceteros homines, sed in seipsum vsus fuit. nam placatis inferis animi perturbationibus scilicet, iustitiam sive euridicem in lucem extinxit. ac si quis fuerit paulo negligentior in seruanda æquitate, rursus eodem relabitur, unde fuerat profectus. ut igitur moderationem animi motibus adhibeamus hac ita confita fuerant.

*De Musis.*

C V M vellent Pythagorici demonstrate omnia coelestia corpora musicæ harmoniam efficeret, & sonos varios pro magnitudine spherarum, aut pro celeritate, musarum nomina introduxerunt; atque ad planetarum imitacionem musicis instrumentis septem chordas primum accommodarunt. quæ deinde additæ fuerunt. Sic igitur musicam diuinam scientiam Pythagoras significauit, quæ possent animi moxalium ab impuris cupiditatibus refrænari, & mores componi. Quod diuinorum illorum corporum animæ poetica facultati præsens, id planè significabat res humanas à mente diuina, cœlestibusque corporibus gubernari; atque omnem in quavis facultate præstantiam ad homines exultus demitti.

*De Dedali.*

P E R Dedali verò fabulam significabant omnes iniquos esse calamitosos, nulli scelerato putandam firmam esse iusti principis amicitiam. mediocritatem cutius expeti, quam ardua quæque & sublimis, quia summe præstantis coniunctæ sunt ingentes calamitates & pericula. nam mediocritas neque valde inuidiosa est, neque contemenda.